


165



DISPUTATIONVM THEOLOGICARVM
QVINTO REPETITARVM VIGESIMA-NONA

DE
BONIS OPERIBVS
ET MERITIS EORVM,

Quam

FAVENTE DEO OPT. MAX.

*Ex auctoritate & decreto
Reverendi Ordinis Theologici,*

*Sub Praefidio
Clarissimi, Doctissimique Viri,
D. IACOBI ARMINII SS. Theologiæ
Doctoris & Professoris ordinarii in illustri
Batavorum Academia,*

*publicè examinandam proponit
CHRISTIANUS SOPINGIUS Vtrix,
Addiem XXVIII. Februar. Anno cIc. Ic. c. IX.
Horis locoque solitis.*



LUGDVNI BATAVORVM,
Ex Officina Ioannis Patii, Academiæ Typographi.
Anno cIc. Ic. c. IX.

4659/58

M V L A C I O L O R H T M V L O T T V D I D
A N O I A S I O N U M V A T I S T E R O T I

Generoso, Nobili, Magnifico, fortissi.
moq^z Heroi,

D. IANO A DUVENVOORDE, EQUITI Batavo,
Dominode VVarmondt, Esselickervvoude,
Alckemade, & Domino suo observandiss. stu-
diorumque sautori benevolentiss. Mæcenati
honorando;

N E C N O N

Eximia pietate, Prudentia atque eru-
ditione spectatissimo Viro,

D. IOANNI VV TEN BOGARDO in Eccle-
sia Hagensi cum Belgicatum Gallica myste-
riorum Dei dispensatori fideliss. ac disertiss.

HASCE THEOLOGICAS

DE

BONIS OPERIBVS
THESES,

In grati animi testimonium

D. D. D.

CHRISTIANUS SOPINGIUS

Respondens.

Cum precedentibus Disputationibus de Fide & Inſtitutione
actum sit, iusta ordinis ratio exigit ut de eorum fructibus, h. c.
Bonis operibus agamus: ac primo eorum naturam, inde eorum
dem merita considerabimus.

T H E S I S . I.

 Missis variis operum distinctionibus tantum de
renatorum bonis operibus hic agere decretum
nobis: eaq; prout à nobis Theologice non au-
tem philosophicè aut politicè considerantur,
definimus esse actus bonos consentaneos voluntati divinæ
nobis in verbo revelatae, quæ fiunt operatione Spiritus S. ab
homine regenito per fidem cor purificantem, ad Dei glo-
riam, ædificationem proximi, & salutem nostram.

II.

Posita definitione cauſas omnes expédemus ac latius ex-
plicabimus: Ac primò de Efficiente. Efficientis duplex ponit
ur Primaria una: Secundaria altera. Princeps cauſa est Deus
in Christo per Spitem, à quo, in quo & per quem omnis
boni principiū & ἀποτέλεσμα ut in natura ita supra naturam.
Ut igitur Pater ille gloria dat nobis Spiritum sapientiae & revela-
tionis in agnitione eius & illuminat oculos mentis nostræ ut cogno-
scamus quæ sit spes illa vocationis ipſius & quæ opes gloria heredi- Eph. 1. 18.
tatis ipſius in Sanctis; sic idem ille Deus efficit in nobis & velle Phil. 2. 13;
& perficere: Et ut sine Christi Spitem nihil possumus facere Ioh. 15. 5;
sicejus Spitem omnia possumus. Ipſe igitur Deus auferit cor la- Ezech. 36.
pideum ē carne nostra & dat cor carneum in quo leges suas inscri- 26.
bat: Spiritu suum dat, & efficit ut in præceptis ipſius ambulemus,
indiciaq; ipſius faciamus. Vnde & bona opera fructus Spiritus
vocantur; Nā nos ne ad cogitandum quidem quod bonū est ex nobis Gal. 6. 9.
sumus idonei. Multò minus ad volendū, nedum perficiendū. Rom. 8. 12.
Cor. 3. 9.

III.

Efficientis secundaria est duplex tum quæ efficit ad modū
compositi producentis, tum quæ efficit ad modum formæ
inexistentis. Quæ efficit ad modum compositi producentis
est homo regenitus, qui prout Christo per veram fidem ag-
Hh 2 glutu-

glutinatus est eique tanquam membrū capiti suo adhæret,
& veluti palmes viti sic ipse Christo insitus sic etiam ex tali
infusione Spiritu ejus potenter in eum influente fructus pro-
^{1. Ioh. 2. 29}
fert dignos pœnitentia: ex quibus testatur se ex Deo natū &
^{2. Ioh. 5. 18}
Christum in se habitare. Nam qui natus est ex Deo nō peccat;
sed magis ac magis peccato obſtitit & justit iē servit. Licet
igitur Deus hominem præparet, informet & instruat modo
salutarigratiæ sanctificationis ut & velit & possit benè opera-
ri, ipſe tamen homo regenitus actiones istas bonas producit.
Vnde quia à nobis tanquam voluntaria cauſa proficiuntur
bona opera, nostra dicuntur.

IV.

^{Ro. 14. 23.} Quæ efficit admodum formæ inexistentis est Fides, in cor-
^{Act. 15. 1} dibus hominū à Spiritu S. accensa cuius vi intus agéte bona
opera producit homo, certoq; statuit non solum se sed etiam
^{Act. 10. 35}
^{Mat. 7. 18.} opera quæ facit placere Deo propter Christum. Vnde non
immerito fides honorū operum primaria fratutigo vocatur,
quippe ex qua charitatem & omnes Sanctos animi motus
proſuere necesse est, ita ut sit instar boni semines bonos fru-
ctus proferētis. Fieri enim nō potest ut quisquā verè in Deū
& in Christum credat: qui non simul syncero animo & affe-
ctu divinis præceptis obtemperare, Deumque & proximum
^{Heb. 11. 33} propter Deum ex animo diligere studeat. Vnde in Scriptura
Sancti per fidem dicuntur operari justitiam.

V.

Materia bonorum operum est quidquid lege Dei, cuius
summa in decalogo cōtinetur, præscribitur. Habet enim &
solus Deus præcipiendi autoritatem, utpote qui solus ^{υρο-}
^{Jacob. 4. 12} ^{γέτης}, & sola Lex Dei præcepti omnis quod quidē æquum
^{Denu. 4. 2} bonumq; respicit normam & rationem continet: cui adjice-
re vel detrahere quippiam nefas putamus. Excluditur itaque
hic omnis ἐθελοθρησκεία & commentum de bona intentione
itemque ea opera quæ Deo pro cultu obtrudunt homines
quæ quamvis per se mala non sunt, non sunt tamen præce-
^{Ezech. 20. 19.}pta à Deo. Nam ad bonum opus & cultum Dei non sufficit
aliquid

aliquid opus nō esse malum vel non prohibitum, sed opor-
tet à Deo esse præceptum: Secundum illud: ^{1. Sam. 1. 19.}
^{2. 2.} *Fraſtra me co-
lunt, docentes doctrinas quæ sunt præcepta hominum.* Atque hoc
^{Mat. 13. 9}
evetit omnes Papistarum traditiones, quas ut cultum Dei
^{Ro. 14. 17.}
Ecclesiæ Christi obtrudunt, cum tantum sint *κυπάλματα καὶ*
διδασκαλίαι τῶν ἀνθρώπων.

VI.

Adiaphora quæ nec per se mala vel bona sunt quatenus in
genere dilectionis cōtinentur sunt à Deo præcepta licet non
in specie tamen in genere: eaq; per accidēs possunt fieri mala
accidente opinione cultus vel scandalio. Porro ut aliquis di-
catur bene egisse, non hoc solū sufficit ut id quod verbo Dei
mandauū est egerit, sed ut illud agendo voluntatem Dei pro-
posuerit & certo statuerit ex verbo Dei opus illud Deo pla-
cere. Nam, ut inquit Paulus, *quidquid sine fide fit*. i. quidquid
^{Ro. 14. 23.} à nobis suscipitur dubitante conscientia an Deo placeat ac
proinde à Deo sit præceptum nec ne, peccatum est.

VII.

Forma bonorum operum est syncera cōformitas cum le-
ge Dei tum secundum externam speciem tum secundum in-
ternam veritatem. Duo enim ad formæ hujus cōstitutionem
concurrunt externa operū bonitas quam præcepta legis ex-
ternè præ se ferunt & exigunt, & interna eorundem sanctitas
quam natura legis postulat quæ spiritualis est, & Legislatoris
qui Spiritus & *παρδογωστής* qui non secundum externam
speciem judicat sed secundum veritatem.

VIII.

Cum autem Lex rigidè considerata absolutam & omni-
bus numeris perfectam obedientiam exigat, & Deus secun-
dum eam rigidè judicare possit si velit renati autem reliquias
peccati circumferant sit ut nullius etiam sanctissimi vita le-
gis rigido examini opponi possit. Quū enim *in multis laban-*
tur omnes, & cum Davide dicere debeant: *Si iniuriantes obser-*
vaveris Domine quis subsistet? Errores quās intelligit? ab occulis
^{Iacob. 3. 20.}
^{P̄. Jul. 230. 8}
^{ο 19. 13.}
munda me; multum ab ista legis perfectione absunt. Interim

H h 3 tamen

tamen bona opera piorū esse verè bora, sancta, pura, & Deo
grata dicimus, sed adeo pura & perfecta esse negamus ut sua
propria perfectione judicio Dei perfectè respōdere ac vitam
eternam ex condigno promererī possint. Necessum est igitur
hic gratiam clementis & misericordis Dei invenire, quæ
& bona opera in renatis efficiat & animos eorum confirmet
ne à propositio desistant, & præterea defectus omnes & im-
perfectiones eorum tegat: ita ut opera nostra acceptatione
potius divina quam sua dignitate ac valore nitatur: alioquin
vix nobis si ex iis citra misericordiam judicemur.

X.

Finis bonorum operum triplex est. Vnus ex parte Dei,
Mat. 5. 16. alter ex parte nostra, tertius ex parte proximi. Ex parte Dei
Rom. 2. 22. summus Finis est gloria ipsius, ut per nos Deus celebretur:
1. Cor. 10. secundum illud; *lucet lux vestra coram hominibus ut videant*
3. Pet. 1. 17. *bona opera vestra, glorificantq. Patrem illum vestrum qui est in cæ-*
1. Pet. 2. 12. *lis: cum contra propter vitam impiam & mores inhonestos*
¶ 4. 11. *nomen Dei male audiat & blasphemetur inter gentes.* Huic sub-
3. Thes. 4. 3. ordinantur tum mandatum, nam hæc est voluntas Dei sanctifi-
Rom. 6. 13. catio nostra, tum beneficia omnia corporalia & spiritualia pro
quibus gratitudinem in bonis operibus positam debemus:
Rom. 12. 1. itaque cum Propheta exclamandū Psal. 116. 2. *Quid reddam*
1. Pet. 2. 5. *Iehovæ pro omnibus beneficiis. Calicem salutum accipiam & nomen*
Tit. 2. 4. *Iehovæ invocabo.* Ex parte nostra finis est. Ut ex bonis operi-
Mat. 7. 16. bus de fide justificatione & vita eterna certi simus, non tan-
Jacob. 2. 17. quam causis sed tanquam testibus & effectis justificationis
& fidei quæ in justitiam imputatur. Ex parte proximi finis
1. Pet. 3. 1. est tum ut in fideles per nostra bona opera incitetur & accen-
Heb. 10. 24. dantur ad studium pietatis, ut sic eos virtus nostræ integritate
Christo lucifaciamus, tum ut fideles in pietate & fide con-
firmantur.

X.

Ex quibus satis superque Pontificiorum impudentia re-
felliunt, qui calumniātūr nos abolere bona opera cum tamen
propter hos fines bonorū operum studium adeo strictè ex-
igamus:

gamus: præterquam quod scimus ideo gratiam illam salutis.
Th. 2. 22. ram Dei illuxisse ut abnegata impietate & mundanis cupiditatibus
1. Cor. 10. temperanter, iuste, & pie vivamus in presenti seculo. Imo aperte
fatemur bona opera non tantum ut viam quandam antece-
dere ipsam salutem, sed etiam caussam esse salutis suo modo
adjuvantem, quatenus videlicet sunt causa sine qua nō seu
conditio divinis promissis annexa & necessario à nobis præ-
stanta, si salvi esse velimus, utpote sine qua salutis possessio
obtineri nequit.

XI.

Hactenus de bonis operibus, restat ut de meritis eorū par-
ca subjiciamus. Ex iis quæ antè dicta sunt abunde patet bo-
na opera à Deo non promererī posse ut iis commeius tribu-
nali justificemur & propter ea vitam eternam consequamur
ex condigno. Præterquam enim quod gloriosum illud no-
men meriti in Scriptura non reperiatur hoc etiam accedit
quod tota Scriptura totum illud meritū evertat, utpote quod
ex diametro gratiæ Dei in Christo nobis datæ repugnat, cum
in propria dignitate seu pretio intimo nostrorum operū fun-
detur & obligationem Dei ex parte nostra perfectam secum
adferat. Hinc contra doctrinam istam de meritis nostris velut
ex professo disputat Apostolus Paulus & perpetuam antithe-
Rom. 3. 2. 8. sin statuit inter gratiam Dei & meritum nostrum: *Hinc ista*
Gal. 2. 16. *Epheſ. 2. 8.*
Oppositiones. *Non operanti sed credenti, non ex lege sed ex pro-
missione, non ex operibus sed ex fide, non ex operibus sed ex gratia.* ¶ 11. 4.
Tit. 3. 5.

XII.

Accedit quod cum nemo hominū perfectè legem impletat
sed in multis labantur omnes quo pacto ex operibus homo
justificaretur? Cum is qui vel unum tantum peccatum ad-
misit ex operibus legis justificari non possit. Imo concessio
eo hominem perfectè legem Dei implete nihilominus tamē
vitam eternam nō promerebitur. Nam meriti ratio & natu-
ra hæc postulat si rigidè vocem meriti sumamus. 1. Ut qui
merebitur de suo & ex propriis det vel faciat. 2. Ut illud al-
teri non sit debitum. 3. Ut illud quod dat vel facit alteri sit
utile.

utile. 4. Ut sit exacta analogia inter opus & mercedem, æqualis valor, & æqualis dignitas. Iam vero fideles opera quæ faciunt nō ex seipsis faciunt. Deus enim est qui operatur & velie
Phit. 2. 13. & perficere. Et quod idonei sumus ex Deo est. *Quis prior dedit Do-*
3. Cor. 3. 5 *Rom. 11. 4* *mino & reddetur ipsis?* 2. Nostra opera debita sunt, quæcunq;
n. facimus facere debemus jure creationis simul & redem-
Luc. 17. 10 ptionis. 3. Nihil accedit Deo. Bonum enim nostrum ad Deum
Rom. 8. 12 non pertinet. Et cum omnia facimus servi tamen iniuriales sumus.
Psal. 16. Denique nulla est proportio operum nostrorum ad promis-
sum salutis æternæ præmium, utpote finitæ & imperfectæ
rei ad rem infinitam & omnibus numeris absolutam. Vnde
concludimus creaturam à creatore nihil promereri posse si rigide
meritū consideretur. Imo si Adam perstisset vitā æter-
nam meritus nō fuisset sed mercedem ex debito postulasset.
Rom. 4. Sic secundū Apostoli phrasin operari i merces datur ex debito.

XIII.

Quod si vero Patres vocabulum meriti sæpius usurparunt
id improprie fecerunt & vulgari quodam modo, vocantes
ipsum opus meritum quod Deus censet dignum & gratiæ,
æstimat dignum remuneratione. Vnde cum accnratè hac de-
re loquuntur, toties apud Deum merita planè rejiciunt &
contra totam justitiam & salutem nostram gratiæ Dei adscri-
bunt. Hinc illa axiomata. Non reddit Deus debitam pœnam,
sed indebitam gratiam. Meritum nostrum est miseratione Domini.
Opera nostra non caussa regnandi sed via regni. Commodè
igitur explicanda est phrasis illa Patrum, cum dicunt homi-
nem mereri intelligendum hoc scilicet secundum gratiæ
acceptilationem Dei secundum quam Deus dignam habet
creaturam remuneratione. Si quis itaque verbum merendi
pro verbo consequendi seu obtinendi & nomen meriti pro
bono & placente Deo opere usurpare velit, cum eo non pu-
gnabimus. Sed meritum illud propriæ sic dictum puta con-
digni quale Pontificii intelligunt in negotio nostræ salutis
ab operibus nostris removemus.

F I N I S.